1 *Iudex ordinarius alicuius quis dicatur.*
2 *Roma eſt communis patria omnium.*
3 *Maleficium vel quaſi officialis epiſcopi commiſſum in officio, agi debet coram epiſcopo cuius eſt officialis.*

ij.§.ſequitur uidere,qs ſit iudex ordinarius alicuius.
1 † Et quidẽ is,ĩ cuius territorio, uel diœ
ceſi quis domiciliũ habet:ut ff.de iud. hæres abſens. & 13.q. 2.c.
vbicunque.§.quia ergo.extra,de foro competen.cap.fi.ff.de iu-
riſdict.omnium iudic.l.fin. Si vero duo habent domicilia ſub di-
uerſis iudicibus, vtriq; ſubeſt, ut ff. ad muni.l. eius q manumiſit.
a §. ſi quis inſtitutus. [a] † ¶Itẽ Roma communis patria eſt omniũ,
2 ff.ad munici.Roma.extra,de foro competen.cap.fin. & papa eſt
iudex ordinarius ſingulorum,9.quæſt 3.cuncta. & c. per princi-
palem.ext.de elect.cum olim.de priuileg.antiqua.de poſtu.bo-
b næ.ſecundum T. [b] &c.dic,ut ſ.in tit.de iudi.ord. † ¶Item no.qa
de maleficio uel quaſi officialis epiſcopi commiſſo in officio,ut
puta in ſententia uel proceſſu,agendum eſt coram epiſcopo,cu
ius eſt officialis:& nõ coram archiepõ,uel eius officiali: epiſco-
pus aũt ſi requiſitus nolit cogere officialẽ ſuũ ad emendã, ꝓt rõ
ne huius maleficii ꝯueniri coram metropolitano ſeu eius officia
li:ſi tamen epiſcopus de hoc cognouerit: & officialem ipſum ab
ſoluerit,uel etiam condemnauerit:non poterit epiſcopus ꝯueni
ri prætextu illius maleficii:poterit tñ ab eius ſententia appellari.
Si uero agatur ad reuocationem ſententiæ officialis latæ pro iu-
ribus epiſcopalibus,ipſe epiſcopus huiuſmodi cauſam defende-
re debet,ſicut ſi pro iure extranei lata eſſet. & hæc habẽtur in cõ
c ſti. Alex.4.de ſo. compet. venerabilibus. [c] Quando autem poſſit
metropolitanus abſoluere ſubditos ſuffraganei, uel excommu-
nicare,vel iuriſdictionem exercere, uide plene in conſt.Alex. 4.
d de ſen.excom.cæterum.[d]

ADDITIONES

a Inſtitutus. ¶ Quid autẽ ſi in utroque uocatur ad munera plene no. in l.ciues.C.de incolis.lib.x.in 2.col. ¶ Adde Ro.conſi.161.

b Secundum T. ¶ Vbi ſup.

c Venerabilibus. ¶ Quam non habemus.

d Cæterum. ¶ Imo fuit Inn.4.& habetur;e.ti.de ſent.excom.c.venerabilib. lib.6.alias incipiebat,cæterum.ut ibi ſcripſi in prin.

SVMMARIVM.

1 *Actor qualiter in adeundo iudice debeat ſe habere.*
2 *Actor adire debens iudicem a domino papa delegatum, qui eſt ſolus & ſine mora,poteſt,ubicunque eum inuenerit,adire.*
3 *Proconſul iuriſdictionẽ non habet ante decretæ ſibi prouinciæ ingreſſum.*

a 3.§.Viſo cuius iudicium actor debet [a] adire, ſubnectẽdũ
1 eſt,† qualiter adire debet:in quo talem trado do
ctrinam.Nã aut eſt ordinarius,aut delegatus is, qui debet adiri.
Si quidem ſit ordinarius, actor per ſe, uel per procuratorẽ legi-
time

ADDITIONES.

a Debet. ¶ Hoc poſuerat Tan.ubi ſ.quod multum ampliat auctor.

time conſtitutum, vt ff. de procu. l. j. accedat ad eum, vt 15. q. 3. v
a xor. & l. de crimine[a]. & accedat hora congrua, ſcilicet de die, nō
de nocte, extra, de offic. deleg. conſuluit. & cum ſedet ꝓ tribuna-
li, 2. quæſt. 6. biduum. & quando non eſt occupatus aliis negotiis:
puta quando non comedit, quando non intereſt diuinis, & eo lo
co quo conſueuit ius redere, ſeu pro tribunali ſedere, non in via,
vt 3. q. 3. induciç § ſpatium. ver. à procedente. C. de dila. à iudice.
arg. ff. ſi cert. pet. lecta eſt. in princip. ff. de arbi. ſi cum dies. §. ſi arbi
ter. & ſe coram eo p̄ſentet. & ſe ſibi oſtendat, de pœ. di. j. c. voluiſ-
ſent. §. denique itaque. uer. Moyſi quoq; ei reuerenter inclinans.
quod dic. ut ſ. de aduo. §. hoc dicēdum. in prin. & §. nunc de exor
diis. demum factum ſuum, ex quo ius orit, vt ff. ad leg. Aquil. ſi ex
plagis. § in cliuo. extra, de ſponſ. de muliere. ꝑ ſe, ſi eſt diſcretus,
alioquin per aduocatum, vt extra, de iudic. paſtoralis, vel etiam
quæſtionem coram iudice diſcrete proponat. C. de epiſcop. &
cler. iubemus. in fi. ff. quis ordo in bo. poſſ. ſer. in bonorum. §. ſi p̄-
ſens. 15. q. 3. de crimine. quo expedito iudex dicat ei: frater, da li-
bellum ſi habes, vt ext. de libel. ob. c. 1. & tunc ille offerat iudici,
ſi habet in prōptu, niſi ſit caſus, in quo nō ſit libellus neceſſarius.
quod dic, vt j. de libel. cōcep. §. nunc dicēdum. vel etiam ſi actor
velit, ſtatim ſine alia arenga offerat iudici libellum facti ſeriem
continentem, vt 4. q. 4. §. aliquādo. uer. ſi quis ſe iniuriam. & pe-
tat aduerſarium citari, ſeu reuocari, extra, de iudic. c. 1. 5. q. 3. offe-
ratur. quo facto iudex confeſtim literis vel nuncio citet reū quē-
admodum j. de citatio. edocet, & reo aduenienti libellum offe-
a rat, ut in auth. offerat. C. de lit. conteſt. † ¶ Si aūt iudex ſit delega-
tus à dño papa, & eſt ſolus, ſine mora, vbicunq; actor eum inue-
niat, ad eum accedat: quia is certum locum ſeu cōſiſtorium qñ-
que non habet: & ſe præſentet & inclinet, vt ſ. deinde literam cō
miſsionis ſibi in loco tamen honeſto & hora congrua porrigat,
ſecundum formam. j. tit. proxi. § i ſcriptam, ut ſic per reſcripti p̄-
ſentationem iuriſdictio iudicis perpetuet, extra, de appel. ut de-
bitus. Si uero plures ſunt delegati ſingulos eorum adeat, & cuili-
b bet literas commiſsionis præſentet, & oſtendat[b], petens vt ſimul
perſonaliter, vel ſaltem literis, uel nuncio reum citent, ut extra.
de off. delega. prudentiā in prin. in auth. de liti. §. omnem. & mā-
datum apoſtolicum exequantur, ut eo, tit. §. 1 ext. de reſcrip. ſci
ſcitatus, & ſine moræ diſpēdio procuret citationem fieri, ne poſ.
ſit ꝑ aduerſarium forte ſecundas literas impetrantem, & citari
ꝓcurantem, p̄ueniri, non enim quo. ad hoc ſufficit ſola reſcripti
p̄ſentatio, niſi citatio ſubſequat, extr. de appel. ut debitus. ubi de
hoc extra, de reſcript. cap. capitulum. ext. de off. deleg. gratum. &
c. relatum, tamen ſecundum quoſdam non habet hoc caſu locū
præuentio, imò debent primæ ualere, ſed ſecundæ non facientes
de illis mentionem prius præſententur, extra, de reſcrip. cęterū.
niſi primus impetrans ſit negligens & remiſſus, eo. tit. plerunque
c ut not. in præ. cap. capitulum[c]. Sed dictum illorum poteſt intel-
telligi in literis beneficialibus, in quibus non habet locum p ræ-
d uentio, ſecūdum Vin. & Gul. Na[d]. Secus in reſcriptis ad lites, ubi
non eſt periculoſa præuentio. nam & corā primis & coram ſecun
dis inſtantia fiet, & debet etiā feſtinare, ideo ne ſibi dicatur, non
3 fuiſti literis uſus. † Nam eo ipſo quod pręſentas, uteris: & ſtatim
e iudex incipit iuriſdictionem habere, cum eas recipit, & nō ante[e].
Nam & proconſul. iuriſdictionem non habet, donec eſt prouin
ciam ſibi decretā ingreſſus de off. procon. obſeruare. §. poſt hoc.
f Arg. tamen contra in l. ſeq.[f] uel ſi eam prius in habitu habebat,
eius tamen excercitium dormitabat, eo. tit. paſtoralis. §. quando
autem. & iunge hic quæ habes j. de conparitio. in termino.

## ADDITIONES.

a Crimine. ¶ Leges ſunt ſub rubrica, qui acc. non poſ. & ad hoc ſolum inducuntur, quia prima dicit, adeat pręſidem: ſecunda dicit, aditus pręſes. valet hęc ad iuſtificationem rubricæ.
b Oſtendat. ¶ Facit cle. de appel. c. j.
c Capitulum. ¶ Vide quod ſcripſi in dec. vt debitus. de appel. ſuper ver. literas: & quod ibi not. in glo. ſed nunquid.
d Gul. Na. ¶ Quod dic vt de reſcri. tibi qui. & de præben. eum qui. lib. 6. & vt not. de conceſſ. pręben, ſi ſoli. lib. 6.
e Ante. ¶ Not. ad materiam quam ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de reſtitu. ſpol ex conqueſtione. in glo. impetrat. ver. refert ipſe & ſeq.
f L. ſeq. Ibi ſoluitur in glo.

## SVMMARIVM.

1 *Aditio iudicis facit purgari moram.*
2 *Aditio iudicis maioris, vel rei, excuſat vocatū à maiori, vel ſuꝑ minori re.*
3 *Aditio ſola facit ſtipulationem committi, & adeuntem puniri.*
4 *Adoptandi actus expeditur per iudicis aditionem.*

4. § Effectus autem aditionis multiplex eſt: pauca
tamen cōmemoremus. † Facit enim
1 aditio iudicis purgari moram, & contumaciam iam comiſſam,
in condemnato propter contumaciā redeunte iudice
adhuc pro tribunali ſedente, ff. de in integ. reſt. diuus. 2. q. 6. bidu-
a um[a]. Item interrumpit præſcriptionē. C. qui adm. ad bo. poſ. l. fi.
inſt. de bo. poſ. §. fi. ext. de of. or. paſtoralis. in fi. de eo q mi. in poſ.
2 c. j. & 2. † ¶ Item aditio maioris iudicis, vel rei, excuſat uocatū à
minori, vel ſuper minori. C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in pro-
uincia. §. excipitur. 18. diſt. ſi quis epiſcopus. ff. de re iudi. contra
b pupillum[b]. Item liberat quem à mulcta, quæ nō venienti infligi
poterat, ff. ſi quis in ius uoca. non ie. l. 2. extra, de off. deleg. con-
c ſuluit[c]. Item quia ſi dum adit, impeditur, ex hoc ei actio acquiri-
tur, ff. de eo, per quem fac. eſt. quo minus, quis in iudi. ſiſt. l. j. Itē
facit querelam in hæredē tranſire, qualitercunque denunciatio
ne, vel proteſtatione ſecuta, ff. de inoff. teſta. Papinianus. §. fi. & l.
quēadmodū. Item facit aduerſarium incidere in edictū de alie.
iudi. mut. cau. fac. cum fit aditio à duriore aduerſario, præſertim
ſi libellus oblatus ſit, etiam eo nondum citato, ff. de adulte. l. 2. §.
fi. ff. de petit. hære. itē ueniunt. § petitam. & ff. quod vi aut clam,
prohibere. §. fi. Nec requiritur, quod lis ſit conteſtata, ff. de alie.
iudic. mu. cauſa fact. ex hoc. §. j. extra eod. c. j. Item facit quem eſ-
ſe iudicem qui non eſt, ff. de iuriſdict. om. iudicū. l. ſi conuenerit.
d Sed Ioan.[d] contra. Intelligit enim ibi aditionem per litis conte-
ſtationem: ar. ff. ſolu. matri. ſi cum dotem. § eo autem tēpore. in-
telligi enim debet cum effectu, ſcilicet ſi adierit & perſeuerauerit,
rit, arg. ff. ne quis eum qui in ius uoca. eſt, ui exi. l. ſi per alium. ex-
tra, de cler. non reſi. relatum. Item ad hoc facit ff. de iud. non ui-
3 detur. 2. ¶ Item ſola aditio facit ſtipulationem committi, & ad-
e euntem puniri, ff. de condi. ob cauſam da. l. 3. in prin.[e] C. de tran-
ſact. ſi quis maior. quod verum eſt: quoniam tranſigendo con-
uenerat, quod nullo modo ꝯueniret. Si autē dixiſſet, quod nihil
amplius peteret, tunc requireret litis cōteſtatio, ad hoc, ut ſtipu-
latio committat, ff. rem ratā habe. amplius. Itē facit liberari quē
f ab officio ſuſcepto[f], ff. depoſi. ei apud §. 2. Itē plenioreē ſecurita
g tem præſtat iudici[g], ff. de pigno. l. 3. ff. de ſol. ſi ſtipulatus ſum. §. 1
ff. de minor. ait prætor. §. permittit. Item tribuit poteſtatem ma-
numittendi ei qui alias non haberet, Inſt. ex qui. cau. ma. non poſ.
4 §. ea lege. † ¶ Itē per eam expedit actus adoptandi: qui alias expe-
diri nō poſſet, ff. de adopti. l. 2. Itē emancipandi, C. de emā. l. 3. Itē
per ſimplicem aditionē, uel poſtulationem alicuius interdum
ſuſpenditur iudicium in cauſis criminalibus & ciuilibus: & differ
tur, ff. de pro. ſeruum quoque. § publicè. Item poſt ſimplicem po
ſtulationem reſtitutionis in integrum nihil omnino faciendum
eſt, C. in integ. reſtit. poſtu. ne quid no. fi. l. vnica.

## ADDITIONES.

a Biduum. ¶ Ibi hoc no. in fi. magnæ gl. alias non competit allegatio.
b Pupillum. ¶ Maioritas etiam rei excuſat uocatum ab eodem, de dila. c. fi.
c Conſuluit. ¶ Et c. de cauſis. in fi.
d Sed Io. ¶ & Accur. Et uide quod dixi ſ. §. j. ſuper ver. ſed q d ſi à principio.
e In prin. ¶ Tex. ibi diſtinguit, an dederim ne tractetur, an ut mihi promitteretur, ne iretur ad iudicem.
f Suſcepto. ¶ De ſequeſtro loquitur, quod dic ut ibi.
g Iudici. ¶ Imò parti.

## ADDITIONES NOVAE.

* Quot annis debet eſſe iudex ordinarius vel delegatus. Inno. in c. cum vigeſimum. de offi. deleg.
* In l. ſi quis libertatē. §. j. de petitio. hære. dicit Iac. de Are. ꝙ cū vnus iudex vulnerat iuriſdōnē alterius iudicis, ſtatim ille iudex vulnerans efficitur de iuriſdictione eius cuius iuriſdictio eſt vulnerata, & poteſt ſibi præcipere.
* Nota, ꝙ ratione delicti laicus efficitur de foro eccleſiæ, ut auth. item nulla communitas. de epi. & cle. & c. fi. extra, de elec. lib. 6. Arch. 22 q. c. hoc.
* Corā quo iudice debeant ꝯueniri fraternitates ſecularium virorum, ut diſciplinatorū. Bar. in l. ſenatus. de rebus dubijs. & quid de mixta, ibi ꝑ ipſum.
* Nota quod hæres notarij, licet ipſe hæres non ſit notarius, poteſt conueniri ſub proconſule notariorum, Bal. in l. nihil intereſt. ff. de eden.
* Nota quod ille qui in alieno territorio contrahit, non ſolum videtur conſentire quod ibi coram ordinario conueniatur, ſed etiam coram deleg. Inn. Hoſt. in c. dilecti. de foro compe.
* In l. de his. de epiſ. & cle. quærit Cuil. de Cu. nunquid de cenſibus & tributis poſsit clericus trahi ad forum ſeculare? & dicit ꝙ ſic: quia videntur ꝯueniri res eorum tanquam affectæ: non perſonæ eorum. allegat l. viros. C. de pala. ſacr. largi. & l. imperator. de publica. Bal. dicit quod res ipſa bene pertinet ad forum ſeculare, & quod iudex ſecularis poteſt mittere ad rem ipſam pro tributo, & deinde recipere tributū, quia eſt de ſua iuriſdictione, ſed iudex ſecularis in perſonam clerici nihil poteſt, per auth. ſtatuimus. de epiſ. & cle.
* Nota quod cauſa libertatis dicitur ſic ſpiritualis ſicut cauſa matrimonialis & eſt tentanda in foro eccleſiaſtico, ut in c. eo libentius. de ſer. non ord. & l. qui loca. de relig. & ſumpt. fune. Rich. Malum.
* Pone florentinus cōtraxit Piſis poſtea efficitur poteſtas Piſarum, an finito eius officio, poterit ibi conueniri de contractu celebrato Piſis: no. quod ſic in l. ciues. C. de incolis.
* Pone, aliquis exiſtens Bononiæ, vel in confinibus, cum baliſta vel lancea, vulnerauit aliquem, exiſtentem in territorio Mutinæ: quis poteſtas debeat cognoſcere de hoc delicto, not. in l. j. §. in ſumma. de aq. plu. arcend. l. j. vbi de poſſeſſ. agi oportet. & l. j. §. ex incendio. ff. de incend. ruin. naufrag.
* Nota quod ratione rerum temporalium clerici regibus ſunt ſubiecti 11. q. 1. §. his ita. de maiori. & obe. capitu. ſolitæ. & l. de his. C. de epiſco. & cleric.
* Pone, aliquis conuenitur de crimine coram non ſuo iudice ille negat ſe deliquiſſe in iuriſdictione eius, an ille poterit cognoſcere an delinquerit in

territorio

territorio eius.de hoc per Ioan. An.in c. Romana.§.contrahentes.de foro compe.Bar. in l ſi quis ex aliena.de iudi. Bar.in l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius uoca.non ier.

* Quid ſi laicus poteſt delictum commiſſum fiat clericus, an gaudeat priuilegio clericorum, no. in l.ſi quis poſtea.ff.de iudi. & ibi Angel.& Alberi.& in auth.cauſa de epiſcop. & cle.per docto. & l.pe.ſi ex noxa.cau.aga.Bal.in l.cum quędam.ff.de iuriſdic.om.iud.Io.And.in c.j.de obliga.ad ratio.in nouella.Alberi.in authentica, cauſa quæ ſit cum monacho.de epiſcop.& cler. & l.officij.& ibi. Bald.& in l.j.C.de pac. & l.idem vlpianus.de excuſa.tuto.

* De maleficio commiſſo in confinio duarum ciuitatum,ita quod ignoratur in cuius territorio id ſit factum dicitur quod ratione dubij poteſtas vtriuſque ciuitatis cognoſcit.arg.l.j.§.plane.de lib.ag.fac.l.iuris peritos.§.cum oriundus.de excu.tut.& auth.qua in prouincia. ubi de cri.agi opor.

* Quid ſi aliquis reperitur mortuus iactus medius ſuper territorio Papienſi,& medius ſuper territorio militen. quis iudex puniet delictum? quidam in c.1.extr.de rapto.dicunt quod Io.Andræ.conſultus de iſta quæſtione militi, Reſpondit quod ille iudex in cuius territorio pars capitis iacet:quia pars capitis tanquam dignior debet inſpici,ſicut fit in baptizato,de conſe. diſt.4.conſecrari.& fac.l.cum in diuerſis.de religio.& ſumptib.fun.

* An ille qui ſortitur forum ratione delicti uel contractus dicatur ſubditus, no.in clementina j.de foro comp.

* Nota quod ſcholaris non habet priuilegium aut.habita.in contractibus extra ciuitatem ſtudij factis.alleg. Bal.l.2.§.item ſi extra prouinciam.de iudi.

* Nota ꝙ pupillus, vidua, ſcholaris vel quilibet alius habens priuilegium fori,ſi compareat coram iudice coram quo eſt citatus,& declinat eius iuriſdictionem & forum, ꝙ ipſe coram quo comparet debet ſtatuere terminũ infra quem debeat comparere,quem petit, nec erit opus alia admonitione uel citatione,l.2.§.ſi dubitetur.de iudi.

* Nota ꝙ quicunque ſub iuramento fidelitatis eſt de iuriſdictione alterius, non poteſt prorogare iuriſdictionem in alterum iudicē vł dñm niſi dño conſentiente.x.colla.de pace iura.fir.c.imperialem.§.pen.Bal.de hoc in l.decernimus.de epiſ.& cler.

* An in criminalibus poſsit fieri prorogatio iuriſdictionis in non ſuum iudicem,Bal.in l.1.de iudici.ff.& no. per Cynum in l.procurator.de pœnis,& l. non nalet. C.de plagia.& l.j. C. de iuriſ.om. iudic.& l.teſtamenta.de teſta.

* Qualem iuriſdictionem habet ille in quem partes conſenſerunt de hoc per Bal.in l.j.ff.de iudi.

* De prorogatione iuriſdictionis vide Cynum in l.ſi qui ex conſenſu.de epiſ. aud.& l.j.de eman.li. ubi dicit Dynus quod intelligitur prorogari.iuriſdictio cum ſuis qualitatibus.& quod no.Ang.in l.fi.de iuriſ.om.iudi.

* Iuriſdictio uoluntaria prorogari poteſt per maiorem, l.etiam.§.plures. de manu.vindic.Quid in pupillo qui uult prorogare iuriſdictionem non ſui iudicis,ut detur ſibi tutor. Videtur quod non poſsit, cum ſine tutoris authoritate non ſit aliquis actus ſuus Sed ſi faciat procuratorem ad petendum ſibi tutorem:quod poteſt, vt l.ſi minores. qui petant tu.aut cu.Sed an procurator poterit prorogare iuriſdictionem? dic quod non per ea quæ notat Inno.in c.de cauſis.de officio deleg. procurator enim qui non habet liberā non poteſt prorogare.no.in dicta.l.etiam.

* Procurator meus impetrauit iudicem in cā, ego ignorans de illa impetratione, coram iudice ordinario tractus reſpondi: poſtea ſcio de impetratione procuratoris mei: volo illo reſcripto gaudere, & iudicem ordinarium declinare,an poſsim: de hoc per Cynum in l.licet. C.ut lite penden.

* Nota quod ubi aliqui iudices ſunt taxati, nullus alius poteſt cognoſcere: no.Bal.in l.clericos.C.de epiſc.& cler.

* Nota quod ſi clericus ſuccedat laico', ꝙ poteſt declinare iudicem laicum, quia allegat priuilegiũ fori in corpore iuris incluſum. Sed ſi allegaret priuilegium exemptionis,videlicet ꝙ non poſsit conueniri ſub ipſo,quia exēptus habet priuilegium allegare non poteſt, quia nullo proprio priuilegio excuſatur.de hoc per Bar.in l hæres abſens.in prin.ff.de iud.

* An conſenſus expreſſus vel tacitus requiratur in prorogatione iuriſdictionis? Imola tenet quod tacitus coſenſus ſufficiat. vt c cum veniſſent.extra de in inte.reſti.& l.j.ff.de iudi.

* An ſtipendiarij dicantur ciues eius ciuitatis vbi morantur. Bar.in l.1.& l. municeps.& l miles.ff.ad municip.

* Nota quod mulier retinet domicilium mariti ſui mortui.l.filij.§.vidua.ad municipa.per Bar.

* Nota quod cõfinati dicuntur ſortiri forum ſeu domicilium in loco vbi ſunt confinati,dicta l.filij.§.relegatus.per Bar.Aiberic.aliter in materia ſtatutorum ſtatuto 29.in.ſecunda parte.

* Nota ꝙ ſi ciuitas ſit priuata iuriſdõne & ciuilitate ꝑ principē, ꝙ ciues illius ciuitatis deſinũt eſſe ciues,& per hoc poſſunt ubilibet conueniri, tanquam vagabundi,Bar.in l.eius.§.ſi quis.ad municip.& per hoc dicit ꝙ cũ ciuitates Tuſciæ ſint priuatæ omni bñficio ꝑ imperatorē Henricũ,& ciues illarum ciuitatum deſierint eſſe ciues, dicunt eſſe vagabũdi, & ubilibet poſſunt conueniri.l.4.§.prætor.ff.de dam.infec.per Bar.

* Nota quod in his quæ ſunt volũtariæ iuriſdictionis eſt congruum tribunal in his qui iuriſdictionem prorogare non poſſunt,ut pupilli,de quo Bal.in l. j.C.vbi petan.tuto.

* An minor 17.annis habeat iuriſdictionem in ſcholarē ex forma auth.habita.Bar.in l.j.ff.de poſtulan.quod ſic.

* In l.2.§ ſed ſi iudex.de iud.dicit Bal.ꝙ ſi duo Papienſes ꝯſentiunt ꝙ iudex Papienſis iudicet inter eos in ciuitate Militi. de quo per Cynum in l.extra territorium,de iuriſ.om.iudi.Bal.vbi s̃.Inn.in c.innotuit.de off.deleg.

* Quid ſi in inſtrumento ſit dictum quod conſtituit ſe ſoluturum in omni loco vbi ipſum conueniet creditor. Bar. de hoc in l.ꝯtraxiſſe.de actio.& obl. Dynus in l.3.de bon.autho.iu.poſsi.

* Quando quis habet duas authoritates,vel duas iuriſdictiones,an poteſt alteram eligere, & qñ q̃s poteſt vti duplici authoritate vel iuriſdictione.no. in c.cum in officij.de præſcrip.per Inn.Bal.in l.filius.C.de fur.vide do.Angelum in l.ſi per errorem.ff.de iuriſdict.om.iudi.& Bal.in l.2.§.j.ff.de iudi. fac.in l.cauſa quam.de fideicommiſ.no.in l.1.& 2.de eo quod certo lo.& in l.Titium & Mæuium. §.tutores.ff.de adimi.tu. Bartol.& Bal.in l.1.ff.ſolu, matri.& Bal.in l.1. ſi quis in ius uoc. Alberi.in dicto §. tutor.& l.3.de bon. autho.iud.poſ.

* Quid ſi promiſi tibi dare mille,non adiecto loco:videtur quod vbique poſſim petere,per l.1.de ann.leg.

* In l.requirendi.C.de ſeruis fugiti.quid ſi ſeruus meus aufugit de territorio Militi,& iuit Venetias, an potero ipſum ibi perquirere. Bal.ibi, & etiam ibi no.an remiſsiones delinquentium fiant: & licet fieri debeant, tamen de conſuetudine non debent fieri, niſi in terris quæ ſunt ſub eodem dominio. no.in clemen.paſtoralis.de re iudi.

* In l.pacta nouiſsima.de pact.dicit Bal.ꝙ ille qui proteſtatur ſe non cõſentire in iudicium,debet in quolibet actu repetere proteſtationem.no.Arch. 28.diſt.c.de acti.Io.And.in c.gnerali.de reg.iur.lib.6.in nouella.

* In l.cum clericis.de epiſ.& cle.no.& arg.quod ſi clericus litiget ſub iudice ſeculari, debent etiam in foro illo ſeruari decretales, cum huic in foro ciuili ſeruentur ſua priuilegia pro hoc fa.auth. caſſa.de ſacroſan.eccl.vide in l.omni nouati.ceſſan.& d.l.clericis. C.de ſacroſanc.eccl. Item no.quod ubi iura canonica ante contradicunt iuri ciuili,etiam in foro canonico ſeruanda ſunt iura ciuilia, c.cum dilectus.in fi.extra de elec.fac.Barto.in materia repræſaliarum.in 5.q.& ibi Bal.

* In l.ſed & ſi ſuſceperit.§.ſi libertus.de iud.Bal.dicit quod ex hoc tex.eſt inductum quod ſi iudex eſt competens, ſi tamen poteſt aliqua excep.declinari,ſi eſt modica ſumma, puta in ſcholari qui conuenitur à domino coram epiſcopo pro ſuo ſalario modicæ ſummæ æquitate ſuadente nõ declinatur, arg.huius tex.Bal.Item no.in ea.l.in prin quod declinatoria fori ſemel extincta nunquam reuiuiſcit:& eſt lex de incompetentia quam aduocati ſemper allegant, & ideo poteſtantur de incompetentia.quod ſi facerent aliquē actum per quem viderentur conſentire,&c.Itē ibi in tex.& alijs defenſionibus,&c.not.quod omittens exceptionem declinatoriam, ſi opponit aliam coram iudice. videtur in eum ꝯſentire quod no.Bal.

* In l.j.C.de iureiurando,quærit Bal.an rõne iuramenti ad obſeruantiam ꝯtractus præſtiti quis efficiatur de foro eccleſiaſtico. Reſpondeo quod ſic,ut in c.fi.de fo.compe.lib.6.tamen licet iudex eccleſiaſticus audiat contrahentes,non poteſt tamen ciuiliter inquirere ex officio, ut ibi notatur in nouella in ca.noſtram.& c.2. de iureiu. Hæres tamen iurantis non efficitur per hoc de foro eccleſiaſtico, ſecundum Io. And.& Inno.in c.ueritatis.& ideo vbi eſt iuratum non ſeruatur in foro epiſcopi ius ciuile, ſed canonicum.ut c.2.de pac.lib.6.ſed nunquid lite mota coram ſeculari iudice,poteſt haberi recurſus ad epiſcopum? videtur quod non,quia obſtat exceptio litis pendentiæ.l.nulli.C.de iudici.& l.vbi cœptum.ff.de iudici.Contrarium eſt uerum,quia poteſt adiri ut iudicem ſecularem moneat ſuper faciendo obſeruari iuramentum,ut in c.allegato.nec obſtat exceptio litis pendentię,quia iſte titulus eſt pars eiuſdem litis, & propter incidentiam quæſtionis ſpiritualis venitur ad epiſcopum.ſimile extra,de ordi.cogni c.tuam.Bal.fac.idē Bal.in auth.clericis, de epiſco.& cle.& dominus Angelicus.in l.4.§.condēnatum.de re iud.& l.fi.de ordi.cog.

* In auth.item nulla cõmunitas. de epiſcop.& cler.aduerte quod ubicunq; timet de peccato,poteſt eſſe cognitio i foro eccleſiaſtico,ut c.nouit.de iudi. vbi Inno.dicit, quod crimen pacis fractæ, & periurij, ſimonię,uſurarum, hęreſis,& ſimilia pertinent ad forum eccleſiæ: & ideo in foro eccleſiaſtico poteſt cogi laicus ut ſeruet quod iurauit.ut c. fina. de foro competenti.lib. 6.Sed pone quod laicus iurauit per ſe & ſuos hæredes,uel nihil dixit de hęredibus,aliquid fieri vel non fieri, poſtea iſte iurans decedit: nunquid hæres eius qui forte eſt laicus,poſsit cõueniri in foro eccleſiaſtico ratione prędicti iuramenti, ut ipſum ſeruare compellatur. Dicitur quod ſic,per dictũ c.fin.pro hoc fac.in auth.de iuram.à mori.præſti.§.j.& quaſi per tot.& quod ibi no.glo.Præterea contrariorũ eadem eſt diſciplina,ut inſt.de tutel.§.j.at ille cui præſtatur iuramentum non tantum ſibi, ſed etiam ſucceſſoribus eius poteſt per eum prouidere, ut c.veritatis.de iureiurando. ergo ipſum ꝑſtans non ſolum ſe,ſed etiam ſuos per ipſum ligare poteſt. Circa hoc Ioan. Cal.legendo dictum c.veritatis.contrarium tenuit, quia conſeruatio iuramenti conſpicit animam & peccatum:& cõſtat animam defuncti eſſe aliam ab anima hæredis,ergo &c.pro hoc fac.ex̃, de arbitris,c.per tuas nec obſt. auth.& ratio ſupra dicta,quia eis reſpondetur per rationem Io. Cal. Item poſſes dicere, quod quando hæres debeat compelli ſeruare illud fieret coram iudice ſuo,non attenta peccati ratione,ſed ipſius defuncti obligatione, propter quam non eſt dubium heredem conueniri poſſe.ut l.j.C.ut action. ab hæred.& l.pacto ſucceſſorum. C.de pact.vide Bal.l.2. C.de fruc.& litiũ expen.& in regul.C.de iureiuran.& in l.2.C.de reſcin.vend.

* Quis dicatur Vagabundus.Bar.in l.dies.§.abeſſe.de dam.infec.& Inno.in c.fi.de eo qui mittitur in poſſeſſ.cau.rei ſer.

* In l.fi.C.de iuriſdictione omnium iud.Bal.dicit ſis cautus quando traheris in vetito examine,quod non declines iuriſdictionem in principio,ita quod facias interlocutorię pronunciari,ſuper incompetentia: quia hęc lex non habet locum ante litem conteſtatam cum liceat actorem pœnitere, l.1.de plus peti. Conteſtetur ergo litem defacto, poſtea tempore ſententię petat aduerſarium ſuo iuramento priuari, & intentet officium mercenarium vel conditionem ex hac l.Bal.

* An clericus poſsit eſſe fideiuſſor pro laico,& econtra. no. in l.ſi reus.iudi. ſol.Guil.de cu.in l.1.ſi quis in ius vo.fac.l.cum clericis.de epiſ.& cler.no.in l.de die,qui ſatiſ.cog.

* In l.ſi fideiuſſor.qui ſatiſd.cog.no.ſtatuto cauetur quod ſi clericus accuſatus coram poteſtate declinet eius iuriſdictionem,ꝙ poſsit impune offendi: modo ſi clericus accuſatur coram poteſtate,proſequendo ſuam ul ſuorum iniuriam,non debet obijcere, Vos non eſtis iudex competens:ſed debet obijcere contra accuſatorem quod non eſt idoneus,quia laicus non poteſt accuſare clericum, extra, de accuſatio. c.cum P.iſta enim ſunt diuerſa,ut patet ex l.iſta.Iac.But.& Bar.

* In l.leges.C.de legi.dicit Bal. quod conſuluit in quæſtione. deputati erant duo in ciuitate Florentię ſuper quæſtionibus fallitorum poſtea iis additi ſunt duo alij.quærebatur an iſti adiuncti viderentur adiuncti litibus pendētibus coram primis Dicebant quidam quod non, per l.1.de offi.conſu.ſed ibi loquitur in iudicibus quorum quilibet habet iuriſdictionem in ſolidũ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſed ego loquor quando omnes ſimul habent iuriſdictionem. vnde non ſacit. Conſului quod illi eſſent neceſſarij quo ad reliquum proceſſum, quia lex noua reſpicit formam proceſſus: & proceſſus habet partes diſtinctas: vnde quantum ad præterita non ſtamus ſtatuto, ſed quantum ad futura. Sic non ob. auth. in medio litis, quia ibi loquitur quo ad deciſionem, non quo ad iudicium, ut l. iudicium ſoluitur. de iudi. ſecundum do. Bal. ubi ſ. de hoc ſ. de iuriſdi. om. iudi. in fine.

* Nota quod aliud eſt declinare iuriſdictionem, & nolle litigare: & aliud nõ poſſe, quia iura nõ permittunt quod fac. pro clericis. & no. Ia. Bu. & Albe. in l. j. ff. de iudi.

* Pone lata eſt ſententia pro filiofam. in cauſa appellationis: pono quod eſt filius legitimus Titij, quid erit. Bal. in l. fi. C. de bonis quæ libe.

* Coram quo conueniantur magiſtri hoſpitalium. Guilielm. de monte lau. in Clem. 2. de præben.

* De incompetentia iudicis quis cognoſcit. Bal. in l. quidam. de re iudi. fac. idem in l. ius pluribus, de iuſti. & iure. & clem. j. de ſequeſtrat. poſſ. & Bal. in l. generaliter. de epiſ. & cle.

An cognitio vſurarum ſit iudicis laici, an eccleſiaſtici. Io. de ligni. in c. nauiganti. de uſuris. quod repetijt. & in clemen. diſpendioſam de iudi.

* Si clericus comparet coram iudice laico in habitu & tonſura. vide Bal. in l. j. C. de natur. li. & l. filiusfam. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

* An litigans coram iudice incompetente videatur in dubio ignoranter litigare, Aug. in l. ſi per errorem. de iuriſ. om. iud.

* Si laicus efficiatur clericus poſtquam iam contraxit, vel ſi clericus ſuccedat laico, qui laicus iam contraxerat, qualiter conueniat laicum, & qualiter conueniat. Bal. i auth. cã q C. de epiſ. & cler. fac. quod no. ĩ c. qđ clericis. de fo. compe. & c. 1. de iureiuran. lib. 6. vide circa hoc Io. Cal. in quadam quæſtio. quam diſputauit, quæ incipit ſic, ſtatuto ciuitatis cauetur quod ab auctore nõ ſubdito &c. & dominus Bartholo. in dicta auth. cauſa. & Arch. in c. pia. de excep. lib. 6. Ray. in l. ex ea. de poſtu. Bar. in repe. l. cunctos populos. tenet quod clericus adſtringatur ſtatutis & conſuetudinibus laicorum. Bal. ibidẽ contra. item dominus Vicen. contra Bar. in c. eccleſia S. Mariæ. de conſti. uide eundem in c. quod clericis. de fo. compe. qui diſtingunt inter ordinatiua & deciſiua quod communiter tenent doctores. ſed plene vide. Ioan. And. in Mercurialibus in regula iuris; ſecundum culpa, ad fi. plenius Io. Cal. ubi ſ. pleniſsime de iſta materia vide dominum Antho. de But. in dicto c. quod clericis. de foro compet. qui recitat omnes ſuperiores. vide etiam not. per Alber. in j. par. ſtatutorum. q. 7.

* Quid ſi ſunt duo fratres debitores, & vnus eſt clericus, & alius laicus, vel quid ſi ſunt duo rei debendi, & vnus eſt clericus, & alter laicus coram quo conuenientur. fac. Bal. in auth. habita. C. ne filius pro patre. & l. iuriſperitos. §. oriundus. de excu. tuto. Bar. in l. ſolent. de alim. & ciba. leg. in 6. q. Bal. in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. & Bal. in l. præcipimus. de appel.

* Nota quod clericus actor hypothecaria poteſt conueniri coram iudice ſeculari. Ia. Guil. in l. per liberam. C. per quas perſonas nobis acq.

* Nota quod ſi aliquis petit abſolutionem à iuramento in contractu facto, & ſit abſolutus quod occaſione illius contractus debet poſtea agi coram epiſcopo. Bal. in l. ordinarij. C. de rei ven.

* Quis erit iudex competens ſi fiat maleficium in loco communi inter duas ciuitates. Bal. in l. j. C. de confeſſ.

* Nota quod exemptus ratione rei non exemptæ ſubiacet iuriſdictioni ordinariæ. Guiliel in l. de eis. de epiſ. & cle. & auth. clericus. eo. tit. quod clericus ratione rei quam poſsidet poteſt conueniri ſub iudice laico ad idem Io. An. in c. j. de obliga. ad ratio. eſt etiam ſimile quod ſ. dixit de foro comp. c. quod clericus.

* Quòd ſi reperiantur aliqua iura volentia quod ſi clericus conueniat laicum in foro laico etiam ex contractu orto ante clericatum debere ſeruari iura ciuilia, etiam ſi ſint ſtatuta & conſuetudines: debet intelligi ſi ſit forum naturale, ſecus ſi ex accidenti, puta quia laicus reconuenit clericum in eodem foro: quia tunc debent ſeruari iura canonica, ar. l. qui habet. de tutel. Item debet intelligi in mã de qua diſceptat ſi oriat ex iure canonico: quia tunc ſimiliter ſeruantur iura canonica. ita dicit do. Anto. de Bu. in c. quod clericis. de foro compe. quod no. propter ſtatutum Militi loquens de intereſſe vtrum poſsit peti per clericum vel contra eum.

¶ Baldus de Competentis iudicis aditione.

Quot modis dicatur iudex incompetens, vide j. de ſent. §. quot modis. Aretij eſt conſuetudo, ꝙ clericus trahit laicum ad ſuum iudicem, & valet conſuetudo, ꝙ reus ſequatur forũ actoris, in §. j. iuxta principium. G. ¶ Exceptio iudicis incompetentis poteſt opponi vſque ad litis conteſtationem. l. ſi conuenerit. ff. de iud. Sed exceptio priuilegij; vel exemptionis. contra iudicem non poteſt opponi poſtquam quis in iudicem conſenſit. ¶ Crimen dicitur eccleſiaſticum, quod principaliter pertinet ad forum eccleſiæ, uer. 2. G. de purg. cano. ca. nos inter. per Ber. ¶ Ex quo iuramentũ interuenit, cauſa pertinet ad forum eccleſiæ ibidem. G. quod dic, ut in c. fi. de fo. comp. lib. 6. in Nouel. Exceptio tamen excommunicationis poteſt opponi coram iudice ſeculari. j. de exc. §. exceptio excommunicationis. ¶ Iudex originis debet remittere ſuum ſubditum ad locum delicti puniendum, verſic. 6. G. ſi hoc petatur: alioquin ipſe puniet. C. vbi de cri. agi opor. l. j. & de accu. l. ſicut. §. cum ſacrilegus. ¶ Malefactor non eum ſequitur, qui in crimine vel fuga capitur, ſed quandoque debet remitti præmiſſa ſummaria inquiſitione, an deliquerit. verſicul. quid ſi conueniunt. G. ¶ Item priuati capientes malefactores, non debent occidere, nec detinere, niſi vt eos iudicibus exhibent. C. de male. & mathe. l. fin. quam primo nota. ¶ An ratione delicti Peruſij commiſsi per Senenſem, poſsit iudex Peruſinus citare illum Senenſem Senis, ver. ſed quomodo iudex. G. Cyn. diſputando tenuit, quod ſic: quia citatio nuncij non eſt iuriſdictionis, ſed eſt quoddam factum quod ubique fieri poteſt. C. de epi. & cle. l. omnes. §. is nihilominus. C. de offic. præfe. vrb. l. quod promulg. Nam & ſtatutum poteſt eum citare [illegible]ra territorium, ergo & viua vox: ff. de dec. ab or. fa. l. fi. ¶ Item poteſtas [illegible]ſia poteſt quem citare, C. de his qui ad ecc. confu. l. præſenti. & tamẽ [illegible] locus extra territorium, ſeu iuriſdictionem; & vide quod no. G. ff. de in ius voc. l. plerique. Sed Canoniſtæ tenent, quod iudex ſecularis, etiam Imperator, non poteſt citare in territorio eccleſiæ, vt in clemen. paſtoralis. de re iudica. & in l. 1. ff. de requi. reis, per Bartol. Ego credo quod ille qui eſt dominus territorij, bene poteſt ſtatuere, ſi vult: & iſta facit ibi papa, & clerici tenaciter vtuntur ſua iuriſdictione: & tamen nolunt, quod Impera. poſsit migrare in terris eccleſiæ, ſed ſic volo, & ſic iubeo, &c. ſed vnus officialis eccleſiæ poſſet citare in terris eccleſiæ alteri officiali commiſsis, & in terris Imperij ſimiliter citat vnus officialis in terra alterius, quia Imperator hoc concedit, & poteſt in terris ſuis, ſecundum Bartol. ¶ Adde tu, an & quando iudex vnius ciuitatis poſsit citare exiſtentem in aliena ciuitate ſibi non ſubdita? vide Bald. in l. in tempus. ff. de hære. inſtituen. Sed citatio realis ut perſona capiatur, iſta extra territorium fieri non poteſt. de bon. auto. iudic. poſſ. l. cum vnus. §. j. ſecundum omnes. ¶ Sed pone, quòd malefactor fugit, & ſic familia Poteſtatis ipſum inſequitur uſque extra fines territorij, nunquid poteſt? Dic, quod non, quia non debet in alienum pedem immittere, ff. de edil. edi. l. quis ſit fugitiuus. §. idem Celſus. niſi in terra confœderata, ff. de captiuis, l. non dubito Bal. Vide j. de citatione. §. non valet citatio. & per me in l. fi. ff. de iuridict. om. iudic. ¶ Quòd in criminali quis non poteſt conſentire in non ſuum iudicem, ver. ſed nunquid in iudicem. G. hoc uerum expreſsè, ſed tacite ſic in lite conſtanda. C. vbi de cri. agi opor. l. j. vbi de hoc, quod no. vide Ioan. And. in capitul. P. & G. de off. delega. poſt Innocent. ¶ Sub. tribus modis prorogatur iuriſdictio, ſcilicet per pactum quòd poſsit vbique conueniri, & per pactum quòd promiſsit vbique reſpondere: & de his duobus caſibus habet locum pœnitentia vſque ad litis conteſtationem. Tertio per pactum de ſoluendo vbicunque fuerit petitum, & tunc non habet locum pœnitentia: quia vbique contractum videtur, licet certus locus non ſit diffinitus. verſicul. quid ſi ſit pactum. & uerſicul. circa hoc. G. Fortiſsima enim eſt prorogatio per promiſsione ſoluendi. ff. de ſolu. l. quæro. Quarto modo fit prorogatio per ſubmiſsionẽ, ff de iur. om. iudic. l. eſt receptum. Cum autem non agitur de iuriſdictione non danda, ſed de non declinanda, iſta non eſt propriè prorogatio, ſecundum omnes, ſed eſt fortificatio iuriſdictionis, & non habet locum pœnitentia, ut l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. & no in l. ſi conuenerit. ff. de iuridi. om. iud. nam iuriſdictio fundata facilius confirmatur, quam extendatur, & facilius extenditur vſus iuriſdictionis, quam iuriſdictio, ſecundum Innocen. Bald. ¶ Laicus fideiubens pro clerico conuenitur coram iudice ſeculari. ver. ſed pone clericus. G. Nam fideiuſſor contractus, imò & iudicij, facit eum iudicem, vt no. in l. j. ff. ſi quis in ius vo. non ier. niſi ſit fideiuſſor iudicatum ſolui, quia tunc ſententia lata ꝯ reum mandatur executioni in eum licet ſint diuerſi fori, l. j. in fi. C. de execu. rei iud. Hoc non credo, ꝙ ſi clericus fideiubet pro laico, ꝙ ſñia iudicis ſecularis mittatur executioni ꝯ eum. vnde l. fi. C. de exec. rei iud. intelligitur qñ reus & fideiuſſor ſunt eiuſdem fori, vel qñ fideiuſſor poteſt prorogare iuriſdõnem, ſed hoc non põt facere clericus, vt hic in verſi. in clericis. per G. Vel intelligitur quo ad modum ſummariæ executionis. Bal ¶ An id quod dr̃ de aduena, habeat locũ in reali iudicio, ut ſi Piſanus cum equo meo tranſet per iſtam ciuitatem, poſsim eum hic conuenire, vel atteſtare, ver. quid ſi quis per locũ & dicit, ꝙ ſic & no. in l. fi. C. vbi in rem ac. ¶ De vagabundo dicit, ꝙ in toto orbe vbicunq; reperitur, põt conueniri, tam ciuiliter, q̃ criminaliter, verſ. quid ſi debitor vagat. G. & no. in l. j. & 2. C. vbi de cri. agi opor. & l. 4. ff. de dam. infe. per gl. & Dy. Lucanus derobauit Florentinũ Florenti: deinde morat Piſis cum re derobata; vl̃ ſine: an poterit ibi conueniri? Quidã ꝙ ſic, quaſi ſit vagabundus. Sed iſte non dr̃ vagabundus, ſi aliter non apparet. Vnde iſta rõ non eſt bona, ſm G. Dic ergo ꝙ nõ põt conueniri niſi rei vendicatione, ſi ibi rẽ non poſsides, ut uer. pone, quidam Lucanus. Bar. dicit quod ubi tenet res derobatas, ibi delinquere & ꝯtrahære vr̃, ff. de fur. l. ſi dñium. & ibi uide ꝑ Bar. ¶ Licet quis ſit exbannitus, uel exititius, nõ propterea dr̃ uagabundus & debet conueniri in loco antiqui domicilij, niſi eius bona ſint publicata: tunc enim non cõuenitur ipſe, ſed fiſcus. Vel quid ſi aliquis Senen. G. ff. de polli. l. de pollicitationib. ff. ex qui. cau. in poſ. ea l. ad cognitionẽ. ubi de hoc per gl. & Ia. ff. de in integ. reſti. l. fi. per G. ¶ Tranſlato domicilio, non propterea transfertur forum, uer. quid ſi debitor tempore contractus. G. niſi per leges fiat, ut l. cum quędam puella ff. iuriſ. om. iud. quia tunc in nouo domicilio, niſi ubi eſſet facta præuentio, transfertur forum & iuriſdictio, ff. de excu. tu. l. idem Vlpianus. in ratione ſui Bal. Ratione ſolius originis ab omni domicilio abſtractæ non fortitur quis forum conuentionis, ſed munerã. verſi. quid ergo. & ſe. ¶ Officiales epiſpopi conueniuntur coram epiſcopo. ver. ſequitur. & uerſ. item no. ¶ Delegatus papæ poteſt ubique reddere ius, quia non habet ſedem determinatam. §. viſo. uerſi. ſi autem. In literis beneficialibus non habet locum pręſentatio, uel præuentio, ſicut in reſcriptis ad lites, eo. §. & uerſi. fi. ¶ Sola aditio iudicis operatur multos effectus, in §. fi. Guil. Cyn. C. qui admit. ad bon. poſſ. l. 1. Bald. ¶ Eo ipſo quod libellus eſt productus in cauſa reſtitutionis in integrum, nil eſt innouandum, e. §. uer. fin. G.

## ¶ De reſcripti præſentatione, receptione, & impugnatione [a] Rubrica.

a

ADDITIO.

a Prima duo, ſ. pſentatio & receptio, q̃ correlatiua ſunt, expedit ſine diuiſione mẽbrorũ, & de his Tan. ru. de iudice adeũdo. Bonagui. ſua char. 2. & Aegid. prima & ſcđa rub. tertiũ per ſex mẽbra diſtinguit. Pil aũt licet in rub de dele. cauſarũ, tractat. de perſonis, qbus & de cauſis q̃ delegari poſsũt: de reſcri. proprie nihil ponit Baga. nihil. Et br̃ Tan. Roſ. Vbert. de Bo. in locis quæ expreſsi ſup rub. de dele. nil de hoc dixerũt. Vber. de Bona. fecit rub. de exce. ꝯ reſcri. Idem Ioan. de Leo, Cauil. li. 3. & li. iudi. part. 3. & hi duo dinumerauerunt aliquos caſus. Bonag. parum de hoc tertio ſub rub. qualiter recuſans iudicem det libellũ. Alb. Gal. poſuit certos caſus ſub rub. de reſcr. inordinate tñ, quia poſt tractatum ſententiarũ, executionũ, & appellationum eꝯ prima rub. Nepo. de Mon. Alba. eſt ꝯ reſcriptum ſub rub. ꝯ ponit textus decre. licet. de cri. fal. & certarum legum quæ habentur 25. q. 2. & hi duo iuuarunt autorem in caſibus. Gui. An. prolixam rub. fecit de reſcri. q. poſuit etiam in prin. multos caſus. multum autem adiutus fuit autor per Hoſt. in ſumma huius tit. ut j. dicam.

SVMMA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN